



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 23. Alensonii Dux comprehensus, atque inclusus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

**Secul. XV.  
A.C. 1456.**

in confinibus Hannoniae quarto ab urbe Bruxellensi lapide dissitum deduxit, illudque pro diversorio eidem concessit. Verum nec cuncta ista, quae in hac regione acceperat, officiorum genera Delphini animum cohibere poterant, quin paulo post inter Proceres dissidia, factionesque seminaret; praeterea a Burgundiæ Duce copias petiit, ut Regem Patrem suum aggredieretur, eumque, uti jactitabat, cogeret, ut a Senatu suo illos Viros, qui Regis benevolentia abuterentur, expelleret; quod sane frivolum non minus, quam ridiculum erat Filii consilium. Delphino Dux perquam sapienter reposuit, omnia sua ad ipsius obsequia praestos esse, dummodo nihil peteret, quod Franciæ saluti adversaretur; ceterum nec sui, nec Delphini munericus esse, Regis Senatum emendare, ac ideo optimum videri utriusque consilium, si totum negotium Regiae suæ Majestatis arbitrio relinqueretur.

### §. XXIII.

*Alensonii Dux comprehensus, atque inclusus.*

Joa. Chart. Hist. Car. VII. p. 287. **H**oc eodem anno in festo Corporis Christi Dunensis Comes Regis jussu Alensonii Comitem Franciæ Parem, ejusdemque Regis amitinum Lochiæ comprehen-

prehendit, captumque Melodunum ab Sæcul. XV.  
 duxit, ut Connestabilis ibidem ejus caus- A.C. 1456.  
 sam discuteret; accusabatur enim, quod  
 Anglos ad iteratam in Gallias eruptio-  
 nem sollicitasset, quin imo cum Angliæ  
 Rege fœdus pepigisset, quo eidem tran-  
 situm in Normanniam per urbes, quas  
 ad oram maris possideret, se daturum  
 pollicitus esset. Ad hæc Comes Con-  
 nestabili respondere recusabat, ab ipso Re-  
 ge audiri postulans, ad quem etiam per-  
 ductus, prolixum cum eo sermonem ha-  
 buit, haud feliciore tamen successu,  
 quam quod soluto colloquio rursum ad  
 carceres suos deductus esset, ubi solido  
 biennio hæsit, discussis interea cauſſæ  
 ſuæ actis, quibus tandem debite instru-  
 etis, Carolus VII. Ducibus & Paribus  
 ſententiam ferentibus illum capite ple-  
 ſtendum decrevit; Nihilominus mortis  
 ſententia in pérpetui carceris poenam,  
 quam in Lochiæ caſtro ſubire teneretur,  
 commutata eſt.

#### §. XXIV.

#### *Turbæ in Hungaria post Huniadis obitum.*

Defuncto Joanne Huniade, mutata e-  
 rat in Hungaria rerum facies, & pri-  
 ſtinæ ſimultates, quas Huniadis Filii ad-  
 versus Ulricum Ciliæ Comitem foverant,  
 denuo